

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Consuetudo 1
cum fontibus proximo et primis

In hiis rebus de quibus nil certi
diuina statuit scriptura, mos populi Dei
et olim instituta maiorum pro lege tenenda sunt.

Et sicut preuaricatores legum diuinarum,
ita contemptores consuetudinum
ecclesiasticarum coercendi sunt.

Augustinus in epistola ad Calulanum et ponitur
XI. distinctione: In hiis.

Item ad eundem [B. Augustinus
ad Casulanum, epist. LXXXVI.]

In his rebus, de quibus nihil certi
statuit diuina scriptura, mos populi Dei
et instituta maiorum pro lege tenenda sunt.

Et sicut preuaricatores legum diuinarum,
ita contemptores consuetudinum
ecclesiasticarum coercendi sunt.

Gratianus, *Decretum*, 1.11.7 (*Corpus iuris
canonici* 1, A. Friedberg ed., col.25).

in his enim rebus, de quibus nihil certi
statuit scriptura diuina, mos populi dei
uel instituta maiorum pro lege tenenda sunt.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 36.1
(CSEL 34.2, A. Goldbacher ed., p.32,
ll.10-12).

(Augustinus dicit ad Casulanum presbyterum.)
In his enim rebus de quibus nihil certi
statuit Scriptura diuina, mos populi Dei,
vel instituta maiorum pro lege tenenda sunt,
et sicut preuaricatores legum diuinarum,
ita contemptores consuetudinum
ecclesiasticarum coercendi sunt.

Burchardus Wormaciensis, *Decretum*, 3.126
(PL 140, col.697D).